



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 85. Novem Præsules ad dijudicandam quatuor reclamantium
Episcoporum causam a Papa delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

millesimo septingentesimo Clerus Gal-
 licanus in suis comitiis apud S. Ger-
 manum in Laya habitis die quarta
 Septembris declaravit, quod actum
 fidei & spei elicere in Sacramento non
 sufficiat, nisi quis Deum tanquam fon-
 tem omnis justitiæ diligere incipiat.

§. LXXXV.

*Novem Præsules ad dijudicandam qua-
 tuor reclamantium Episcoporum
 causam a Papa delegati.*

Quantumvis non modo Alexander Abb. du Mass
 VII. summus Pontifex in suo de- Hist. des
 creto, sed etiam Ludovicus XIV. Gal- cing. prop.
 liarum Rex in suo edicto mandata qua- lib. 6.
 tuor illorum Franciæ Præsulum, qui Acta Card.
 præscriptam formulam sine limitatione Rospil.
 recipere recusarunt, tanquam nulla &
 Pontificis menti adversa rejecisset, ni-
 hilominus hi accitis etiam sociis hanc
 suam opinionem pro aris & focus pro-
 pugnant: inde vero haud parum
 commotus Rex, ne Ecclesiasticorum
 causam suo iudicio subiecisse videretur,
 datis ad Papam literis petiit, ut duo-
 decim Franciæ Præsules nominaret,
 qui de quatuor horum Episcoporum
 contumacia cognoscerent, & adversus
 eos juxta Ecclesiæ Canones procede-
 rent: Ad has literas Pontifex respon-
 dit,

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Q dit,

Sæc. XVII dit, quod solum Parisiensem Archiepiscopum tanquam executorem nominare decreverit, ipse quoque quatuor hisce Episcopis significarit, ut formose simpliciter & pure subscriberent, si tamen contumaces fuerint, Pontificiis functionibus interdicti & ab Ecclesiarum ingressu exclusi declararentur: postea tamen Papa tres adhuc Episcopos nominare statuit: id vero Franciæ Præsulibus non probabatur, vicissim vero Pontifici duodenarius Judicum numerus displicuit, ne ratum habere videretur privilegium, vi cujus Franciæ Episcopi a paucioribus, quam duodecim Prælati judicari haud posse, prætendunt; licet enim id in quodam Canone sancitum legitur pro casu, quo Episcopus coram Metropolitano accusatur, non tamen id vim obtineat, quando talis insimulatur coram Papa: Ne vero Pontifici Regis voto deesset, tandem in Congregatione hanc in rem stabilita die vigesima secunda Aprilis novem delegavit Præsules, concessa eisdem facultate, alios sibi subrogandi, si forte eorum nonnulli Jansenio favere crederentur, aut hoc negotium in se suscipere recusarent: Attamen cum Judicum delectus haberetur, multique aut de Jansenii

lecta

secta, aut Jansenistarum favore in sus-
 picionem traherentur, Alexandro VII. Sæc. XVII.
 A. C. 1667.
 interim fatis functo, totum negotium
 interruptum est, atque inter varias
 contentiones, quæsitæque moras hi
 quatuor Episcopi sat commodum suas
 partes numero & auctoritate firmandi
 spatium nacti sunt.

§. LXXXVI,

*Octo Cardinales ab Alexandro VII.
 Papa inaugurati.*

Ex gravibus, quibus Alexander VII. Ciacon. in
 vita Ale-
 xand. r VII.
 tom. 4.
 Papa jam a longo tempore afflicta-
 batur morbis, ipse vicinum vitæ suæ
 finem sibimetipsi prælagiebat, ac pro-
 pterea, quæ ad Ecclesiæ utilitatem,
 tranquillitatemque conferre autuma-
 bat, adhuc perficere intentus, præci-
 pue sacrum Purpuratorum Collegium
 die septima Martii novis octo augebat
 Cardinalibus, quorum primos quatuor
 jam anno priori selectos hucusque ta-
 citis eorum nominibus in animo reti-
 nuerat. Erant autem sequentes I. Ju-
 lius Spinula Genuensis Patritius Car-
 dinalis Presbyter tit. SS. Sylvestri &
 Martini. II. Carolus Robertus de
 Victoriis ex Archiepiscopo Tharsensi
 Cardinalis tit. S. Mariæ in Ara Cæli.
 III. Vitalianus de Comitibus Medio-
 lanen-